Kostryi Pulasie Diuisio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boranscen. pñ comparentes Nblis Hedwigis filia olim Nblis Mathaei Kostro consors Nblis Mathiae Niemyski ab una, et Nblis Zophia filia olim eiusdem Mathaei Kostro consors Nblis Raphaelis Zebrowski partibus ex alia cum Maritorum suorum personaliter assisten. et consensu contentaneo sanis mentibus et corporibus existentes palam publice ac libere recognoverunt et quaelibet illarum suo pro interesse recognovit inter se fecisse Divisionem Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in haereditate Kostry Pulazie sitt. se post Parentes suos quovis modo et iure titulo concernen. In primis Nblis Hedwigi Niemyska Bona Omnia in inscriptione Nblis Alberti olim Gaspari Zydowic Wyszenski per Nblem Mathaeum olim Laurentij Kostro exarata, tandem post sterilem decessum olim Nblis Alberti Zydowic Wyszenski super Nbles Petrum Florianum Matheum Wyszenskie iure Naturali Successionis devolutis et per ipsos praefatos Wyszenskie suprascriptae Nblis Hedwigi Niemyska demissa modo Divisionis cedere debent, in Area vero Paterna utrique parti illarum duos per medium cedere debet. Super vero Nblem Zophiam Zebrowska Bona Omnia haereditaria ipsam post Parentem eius quovis modo concernen. in haereditate Kostry Pulazie sitt. devolui debent. Quam quidem Divisionem praefatae recognoscentes tenere adimplere et inviolabiliter observare de Omnibus bonis cum successoribus suis submittunt ac inscribunt sub vadio Quatuordecem Marcarum Polon. in defectu eiusdem Divisionis per aliquam partem praemissorum adfluendum succumbendo. Et Coram officio praesenti Castren. Capitan. Boranscen. in primo Citationis Termino peremptoria responsione ac satisfactione Omnibus contrarijs exceptionibus allegationibus evasionibus infirmitatibus dilationibus quibusvis Motionibus appellationibus ac earum consequutionibus aliisque in Universum iuris remedijs et defensis Legalibusque impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores ubi abscribendo.

Pietrzikowska Reformatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Boranscen. pñ comparens Nblis Thomas olim Michaelis Jakubowski de Jakubowice Dictus Mielnicen. haeres sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Nblis Zophiae filiae olim Mathaei Pietrzykowski consorti suae Ejusdem Recognoscentis dotis post eam accepta et in bona sua importata in Medietate Omnium et singulorum bonorum suorum Mobilium et immobilium in haereditate Jakubowice et alibi ubivis consisten. Nunc habitis et in post habendorum summam Centum florenorum Polon. dotis et addotalitij Decem florenorum Polon. inscribit reformat et assecurat dotaliciatque more aliorum dotaliciorum haereditariorum in Regno Polon. observari solitorum.